



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIV. Bischof Heinrich von Ermeland gewährt den Wohlthätern des Klosters
Bernstein einen Ablassbrief, am 25. Juni 1296.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

ria et angaria et ab omnibus quibuscunque seruiciis liberam et exemptam, donauimus perpetuo possidendam. Vt ergo ista omnia a nobis et posteris nostris rata et firma et inuolabiliter obseruentur, presentes dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Testes hujus facti et rei sunt: Dominus Nicolaus prepositus in Vredeland juxta Stargart, dominus Bartoldus plebanus in nouo Berlyn, Capellani nostri; Dominus Conradus de Winninge, Dominus Henricus de Sydowe, Dominus Wernerus, Splinter dictus, aduocatus noster, milites, et quam plorimi fidedigni. Acta sunt hec Berenwalde, Domino Erardo, tunc existente preposito dominarum in Berensten et hec omnia procurante, anno domini M. CC. XC. V., In die beatorum martyrum Felicis et Adaucti.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.

XIV. Bischof Heinrich von Ermeland gewährt den Wohlthätern des Klosters Bernstein einen Ablassbrief, am 25. Juni 1296.

Nos Hinricus, dei gracia Warmiensis ecclesie Episcopus, Vniuersis et singulis Cristi fidelibus, ad quos deuenit presens scriptum, salutem in omnium saluatore. Cupientes quolibet fideles Cristi ad opera meritoria et caritatis, que peccatorum operit multitudinem, donis spiritualibus et gracia illectiua, salubrius inuitare, omnibus, qui ad claustrum sanctimonialium Cystercentium in Bernstein causa deuocionis et orationis confluxerint nec non et qui eisdem suas pie elemosinas in subsidia in festiuitatibus scilicet sacrosancti Corporis Cristi et in natiuitate gloriose virginis Marie erogauerint, quadraginta dies indulgentiarum, si confessi fuerint et contriti, accedente consensu venerabilis patris domini Dyocefani, misericorditer in domino relaxamus. Datum Brunsberg, anno domini M. CC. LXXX. sexto, in crastino Johannis baptiste.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.

XV. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann und Heinrich bekunden, daß die Stadt Stendal ihnen ein Darlehn gemacht hat, um das Land Bernstein von dem Markgrafen Albrecht zu kaufen, am 2. Juli 1298.

Nos Otto et Conradus, Iohannes et Hinricus, dei gratia Brandenburgenses et de Landsberg Marchiones, cum manifesta recognitione tenore presentium publice protestamur, quod viri honorabiles ac discreti, Burgenses de Stendale, ad solutionem terre Berensten, quam nunc a nostro patruo marchione alberto, emimus, nobis centum marcas argenti Brandenb.